

2657. DE VI DERIVATIVA ET PRIMITIVA

Vorläufige Datierung: nach Oktober 1702

Überlieferung:*L* Konzept: LH I, 20 Bl. 215. 1 Bl. 4°. 2 S.5 *E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 557–558 (Teildr.).

Übersetzungen:

1. A. ANDREU, *Methodus vitae (Escritos de Leibniz)*, Bd 2, Valencia 2000, S. 90. – 2. NICOLÁS, *Obras de Leibniz*, Bd 2, 2010, S. 305.

bearbeitet von Osvaldo Ottaviani u. Gerhard Biller

10 [Anhaltspunkte zur Datierung:] Unser Stück bezieht sich auf den Briefwechsel mit Burchard de Volder und wurde nach dessen Brief vom 7. Oktober 1702 verfaßt.

[Thematische Stichworte:] vis primitiva; vis derivativa; substantia; accidens; modificatio; modus; transsubstantiatio; Monas.

[Einleitung:] —

15 Cl. Volderus agnoscit vim derivativam seu impetum corpori additum; non vero vim primitivam. Sed sciendum est omne accidentale esse modificationem substantialis; alioqui darentur accidentia realia positiva Scholasticorum quae quodammodo per se subsistere possent, ut volunt in transsubstantiatione[,] sed haec cum continue nascantur et pereant, revera daretur naturaliter perfecta creatio et annihilatio quod etsi voluerit aliquando dux Buckinghamius in diss. quadam pro religione, tamen rationi pugnat cum esse a nihilo nil fiat. Dicendum igitur est accidentia omnia non nisi modificationes esse substantiae, modificationes autem nihil substantiae addunt reale positivum, sed tantum limitationes uti in variatione figurae nihil

15 additum; (I) sed non (2) non vero *L* 16 omne (I) accidens (2) accidentale *L* 17 darentur (I) ac (2) entia realia ad modum absoluta (3) accidentia *L* 17f. quae |quodammodo ... haec *erg.* | cum *L* 19 naturaliter *erg.* *L* 19 perfecta *erg.* *L* 19f. annihilatio |(I) quod (2) quod ... fiat *erg.* | *L* 21 igitur *erg.* *L* 22 nihil (I) addunt (2) reale pos (3) substantiae addunt (a) quid (b) posi (c) reale *L* 22 variatione (I) ex (2) figurae *L*

19f. dux ... religione: vgl. G. V. DUKE OF BUCKINGHAM, *A short discourse upon the reasonableness of men's having a religion, or worship of God*, 2. Aufl. London 1685; vgl. Leibniz an Veit Ludwig von Seckendorff, 26. Juli 1685 (I, 4 N. 435, S. 517); zu Buckingham's Ausführungen vgl. »De realitate accidentium« (VI, 4 N. 209, S. 995).

aliud quam limitatio variatur. Et hoc uno modo difficultati de accidentibus realibus satisfieri potest. Porro manifestum est activum illud, quod impetum vocamus, et quod Galilaeo impressae qualitatis nomine venit, aliquid addere materiae, seu enti mere passivo. Ergo forma illa vel est aliquid substantiale per se subsistens, daturque talium creatio et annihilatio, aut oportet aliquid esse subsistens durabile activum, quod mihi entelechia nomine venit, impetumque nihil aliud esse quam modificationem primitivae activitatis, quae semper subsistit, tantumque limitibus variatur. Hinc divido accidens in modificationem quae terminat mutationem, et in relationem quae inde resultat. Hinc etiam Cl. Sturmius, agnoscens vim derivativam esse modificativam primitivae, negavit impetus illos impressos solumque deum voluit corpora in motum perpetuo concitare, quod videret alioqui Entelechias primitivas, et velut animas in corporibus evitari non posse. Resultant autem ex divinis perfectionibus per limitationem, ut figurae ex spatio immenso, hoc discrimine quod figurae sunt spatii pars; at non dei qui est substantiale immensum, et spatium quod concipimus continet eminenter. Eodem ergo modo nostrae perfectiones non partes sunt sed emanationes divinae perfectionis, cum nulla sit pars dei. Spinosam qui nullas agnovit in rebus Entelechias, eo minus mirum est solum deum pro substantia habuisse, et adeo creaturas credidisse tantum dei modificationes. Et revera autores causarum occasionalium velint nolint, huc adiguntur. Sed nos non esse substantias experientiae contrarium est, cum revera nullam substantiae [notitiam] habeamus, nisi ex intima nostri ipsius experientia, cum percipimus tò Ego, eoque exemplo ipsi deo et aliis Monadibus substantiae appellationem tribuamus.

Joachimus Jungius insignis philosophus haesit in illa Galilaei sententia de qualitate impressa, ita enim habet in ipso fine sectionis 1. quae est partis 2. *doxoscopiorum: Galilaeus in dialogo de systemate p. 143. impetum esse facultatem motricem a motu impressam defendit contra Simplicium qui vult profecta ab aere moveri.* Sed si impetus est qualitas seu facultas quae mergit, erit alia contraria qualitas quae lignum extra aquam rursus extollit, et tertia quae rursus mergit et quarta quae rursus elevat. etc. Hoc autem videtur improbable tot qualitates

1 uno (I) modif (2) modo L 2 est (I) activum, ut vis derivativa | est, erg. | nullo modo posse haberi in (2) activum L 3 Ergo (I) vel ipsum (2) forma illa vel L 4 daturque (I) continua creatio (2) talium L 7f. Hinc ... terminat (I) modificationem (2) mutationem ... resultat erg. L 9f. deum (I) corpora (a) in motu conservare (b) in motum perpetuo (aa) conti (bb) concitare voluit (2) voluit ... concitare L 11 per limitationem erg. L 12f. est (I) reale (2) reale i (3) substantiale L 13 et (I) virtute (2) spatium L 13 quod (I) nos (2) concipimus L 14 perfectionis erg. L 15 in rebus erg. L 15 est (I) unum | (2) solum ers. | L 16 adeo (I) <-> (2) creaturas (a) esse | (b) credidisse ers. | L 18 notitiam L ändert Hrsg. 18 intima (I) substa (2) nostri L 19 cum (I) cogito (2) percipimus L 19 Ego; (I) atque inde substantiam (2) eoque L 19 aliis (I) rebus (2) Monadibus L

22–24 Galilaeus ... moveri: J. JUNGIUS, *Doxosopiae physicae minores, sive Isagoge physica doxoscopica*, hrsg. v. M. Fogel, Hamburg 1662, pars II, sect. 1, am Ende, *Addenda Cap. XI.*, Bl. Gg II 4.

tam cito nasci et rursus interire. Simile argumentum duci potest a pendulis gravibus. Haec Jungius. Sed non addit cur sit improbabile, uti perpetuo nascuntur et intereunt figurae, ita et has qualitates nasci et interire; nisi quod figuras spectavit ut modificationes, qualitates ut Entia potiora, magis subsistentia, quae quodammodo crearentur et annihilarentur. Sed si tenuisset
 5 non esse nisi modificationes rei permanentis, nihil in hac doctrina mirum reperisset. Sane non explicat quid facultati Galilaei substituendum putet. Notavit enim idem Jungius parte 1 *doxoscop.* sect. 2. fol. *B.* facie aversa seu *b.* Abstracta seu inhaerentia duplicia censi tum Modum Entis seu semi Ens quod ab intellectu nostro quasi extra subjectum consistere ne cogitari quidem potest, ut unio rerum, ut figura; tum formam quae si extra subjectum aliquod existere
 10 cogitetur contradictio non implicetur sive nihil adversum intellectui percip[i]atur. Talemque formam esse vel substantialem vel accidentalem, sed revera nullae dantur nisi apparenter formae accidentales cum revera semper sint modificationes. Non¹ tamen ideo Transsubstantiatores hanc doctrinam tanquam prorsus adversam sibi accipere debent, nam ut taceam quod Cartesiani species tantum id est apparentias manere volunt, dici potest Deum tollere ente-
 15 lechias quidem et substantialitates necessarias ad constituendam panem et vinum et loco earum agere ut in systemate causarum occasionalium, ita accidentia panis ex vini supererunt, id est actiones quales prodixerant illae Entelechia a deo producerentur, dum interim succederent substantiali[ta]tes corporis Christi.

¹ *Am Rande von Leibniz' Hand: NB.*

2 uti (I) continue | (2) saepe (3) perpetuo *ers.* | *L* 6f. *doxoscop.* (I) ex (2) sect. 2. (a) explicans def (b) pag. *B.* 6. explicans def (c) fol. *L* 7 b. (I) accidentia | seu *versehentlich nicht gestr.* | (2) accidentia (3) Abstracta seu (a) accidentia | (b) inhaerentia *ers.* | *L* 12 modificationes. (I) Tantum jam quaeri <-> (2) Non *L* 13f. taceam (I) Cartesianos species tantum id est apparentias manere dicun (2) quod ... manere *L* 14 potest (I) non quod substantiam (2) manet cre (3) <-> (4) Deum *L* 15 et substantialitates *erg.* *L* 15 vinum (I) quod cont (2) et *L* 16 occasionalium, (I) et per se, (2) ita *L* 17 actiones (I) eadem quas f{ac} (2) quales *L*